



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Sacra Veterum Temporum Uti Et Evangelica, Ac
Apostolica Historia**

Steinhart, Franz

Ingolstadii, 1734

VD18 90104692

De Secta Scribarum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62332](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-62332)

observârunt, eorumque doctrina præcipue in componenda ext-
riori pietatis specie versabatur. Hos populus magnificiebat &
festabatur.

De Secta Scribarum.

Scribæ sive Legis periti & Doctores, quorum multi erant Pharisæi, superfluam & sophisticam interpretationem legis inducentes secundum eam vivebant, & veluti ad sinceritatem ac sanctitatem dispositi crebro manus lavabant, crebroque purificationes quasdam per lavacra adhibebant. Hi quoque erant, qui, dum ficerent eleemosynam, caneabant tubâ ante se specie quidem, ne quis egenus beneficium excuderet, reverâ autem, ut multos haberent benificantiæ suæ spectatores.

De Secta Herodianorum.

Herodiani putabant Herodem esse Messiam, in scripturis & prophetis prænuntiatum, decepti ex illo loco: non deficit Princeps ex Iuda neque Dux de femoribus ipsius, donec veniat, qui mittendus est. hinc colligebant hunc missum esse Herodem, quod non esset Judæus natus sed alienigena.

Harum quatuor Sectarum Discipuli Christo Evangelium prædicanti præcipue se opposierunt, ipsiisque tentandi causa variis hinc inde interrogationibus fatigârunt. quos autem Ipse quoque acriter insectatus est, & hypocrisim aut falsam doctrinam eorum detexit. sic *Matt. 22. v. 23.* Accesserunt ad eum Sadducei, qui dicunt non esse resurrectionem. *Matt. 16. v. 6.* Cavete à fermento Phariseorum & Sadducæorum. *Matt. 23. à v. 2.* Super Cathedram Moysi sederunt Scribæ & Pharisæi, id est, teneant locum Moysis & jus, habentque autoritatem docendi, explicandi legem: dicunt, & non faciunt: omnia sua opera faciunt, ut videantur ab hominibus. *Lucæ 20. v. 46.* Attendite à Scribis, qui volunt ambulare in stolis, & amant salutationes in foro, & primas Cathedras in Synagogis, & primos discubitus in conviviis. *Marci 8. v. 15.* Cavete à fermento Herodis, ab absurda scilicet secta Herodianorum Herodem pro vero Messia obtru-

den-